



SBd

E libris
gymnasio Mauritano Magdeburgensi
a venerabili
Carolo Funk
theol. doctore et gymnasii directore
a. 1857 hereditate relictis.

G. f. 171.

74
FAVSTA INEVNTIS ANNI OMINA,
TRANSPPOSITIS LITTERIS
PRAENOMINIS ET COGNOMINIS,

VIRI

ILLVSTRISSIMI ATQVE EXCELLENTISSIMI,

DOMINI

FRIDERICI
DE HAMRAHT,

POTENTISSIMI REGIS BORVSSIAE CONSILIARII
STATVS INTIMI, AC REGIMINIS PRINCIPATVS
HALBERSTADENSIS, INSERTORVMQVE COMITATVVM
FMINENTISSIMI PRAESIDIS ET REL.

Hoc Pentametri exitu reddita:

Fert mibi ^{ch} ara Deus:

EIDEM VIRO OMNI HONORIS CVLTV DEVENERANDO,
VT ET

DOMINO SVO GRATIOSISSIMO,

IPSIS IANVARIi CALENDIS ANNI M D CC XXI

DEMISSISIME

GRATVLATVR, DICAT, CONSECRAT,

NEC NON

QVAEVIS INDE BONA

DEVOTISSIME

ADPRECATVR

CHRISTIANVS LVDOVICVS EDELING,

PAST. PRIM. ADJ. SVAN.

HELMSTADII,

LITTERIS HAMMIANIS.



FRIDERICVS
DE HAMARATH,
* * *
POTENTISSIMI REGIS BORVSIAE CONSILIARII
STATVS INTIMI, & REGIMINIS PRINCIPATVS
HALBERSTADENSIS, IN RERTORVMQVE COMITATVVM
PALMNTISSIMI PRAESIDIS ET REL.

FERT *mibi cara Deus*, Praecellentissime Praeses,
Nunc ais, & repetis: *Fert mibi rara Deus.*
Vix emensa suum est mundi lux aurea cursum,
En! *Tibi cara Deus raraque* dona refert.
Fert Tibi *per caram* pacem, quam poscimus omnes,
Nec nostris oris bella tonare finit.
Quae grassata fere sunt totum bella per orbem,
Illa Dei nutu composuisse iuvat.
Fulgida belligerae nunc gentes arma reponunt,
Pax redit Arctois Hesperiiisque plagis.
Quae jam scintillae in crepitantem abiere favillam,
Has Deus oppressas haud volitare finit.
Extinguat penitus gliscentes, quae sumus, ignes!
Ne vires fumat pressa favilla novas.
Faxit, ut Augustis redeat concordia Regnis!
Concors ut Christo militet omne solum.

Hæc bona dum voveo, Præcellentissime Præses,
Dicere Tu pergis : *Fert mihi cara Deus.*
Nam Te sole novo vegetat Deus, atque miniftrat
Sensibus ac membris robora *cara* Tuis,
Occiduas pestis viduavit civibus urbes,
Serpsit & Eois partibus atra lues.
Regna Sicambrorum perflavit fanior aura,
Nec quatit insolitus territa corda tremor.
Hæc nobis Numen servet bona cara benignum!
Aufugiat procul hinc exitiosa lues!
Te quoque permultos in vita sospitet annos!
Qui bonitate sua fert tibi cara Deus.
At non *cara* Tibi solummodo munera confert,
Sed quoque cælipotens *fert Tibi rara Deus.*
Fert tibi rara : tenes perraros dignus, honores:
Attamen haud fastu mens generosa tumet.
Supplicibus stridens Tua nunquam janua clausa est,
Quaque potes, cunctis auris acuta datur;
Si quis & injusto cadit usquam iudice causa,
Urna Tuos oculos infidiosa fugit.
Quodque Tuo sub Præsidio, Te Præside non fit,
Quippe Tuos fasces turba dolosa timet.
Non Tibi prostat honos, neque sunt venalia jura,
Nec Tuus argento conciliatur amor.
Additur bis raris, que fert Deus, en mage rarum!
Principis & populi gratia amorque bonus.
Præmia virtutis quæ sunt, comitesque fideles;
Namque *bonus nunquam cessat amare bonum.*
Verum cuncta refers Domino, Illustrissime Præses,
Accepta, & dicis: *Fert mihi ^{ch}ara Deus,*
Sicque Deum dignis & gratis laudibus effers,
Qui Tibi *cara* dedit, qui Tibi *rara* tulit.

Illum præterea subjecto corde precaris,
 Ut tam chara, Tibi quam bona rara ferat.
 Semper & associet non interitura caducis,
 Munera, quæ Christus dat, recipitque fides.
 Hisce Tuis precibus nunc, Illustrissime Præses,
 Nostra novo jungi tempore Vota fines:
 Regi sis carus! sis cunctis carus Achivis!
 Carus & imprimis sis maneatque Deo!
 Salvus & incolumis divina pace fruarè!
 Et virtute Tua digna brabea feras!
 Augeat omnipotens vitæ nostræ auctor & addat
 Munera muneribus, Te cumuletque bonis!
 Qui Tibi ^{ch}ara Deus decur sis contulit annis,
 Chara Tibi & posthac pluraque rara ferat.
 His tandem ^{ch}aris ^{ch}arissima munera jungat
 Quæ mox Christianicis vita beata feret!



78 M 428

Sign. (188) fehlt bzw.
coll. nicht vergeben!



Sb.

1077

R.40





74
FAVSTA INEVNTIS ANNI OMINA,
TRANSPPOSITIS LITTERIS
PRAENOMINIS ET COGNOMINIS,

VIRI

ILLVSTRISSIMI ATQVE EXCELLENTISSIMI,

DOMINI

FRIDERICI
HAMMRAHT,

REGIS BORVSSIAE CONSILIARII
AC REGIMINIS PRINCIPATVS
INSERTORVMQVE COMITATVVM
SSIMI PRAESIDIS ET REL.

antametri exitu reddita:

ibi ^{ch} *ara* Deus:

HONORIS CVLTV DEVENERANDO,
VT ET

SVO GRATIOSISSIMO,
CALENDIS ANNI M DCC XXI

DEMISSISSIME
TVR, DICAT, CONSECRAT,

NEC NON
AEVIS INDE BONA

DEVOTISSIME
ADPREATVR

LVDOVICVS EDELING,

T. PRIM. ADJ. SVAN.

HELMSTADII,
TERIS HAMMIANIS.

